



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Dispensatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

DIMISSORIA.

143

mentum conferre potest. *D. Th. Add. ad 3. p. q. 31. art. 2.*

DIMISSORIA.

1. **D**imissoriae litterae validae sunt etiam Episcopo mortuo.

2. Non possunt autem dari à Capitulo sede vacante, nisi post annum, aut si quis ob beneficium cogatur ordinari. *Ex Conc. Trid. sess. 7. c. 10. de refor.*

Discere, vide Fides.

Dispensatio, vide Confessor, Episcopus, Excommunicatio, Gratia, Iuramentum, Matrimonium, Ordo, Votum.

1. **I**ndubio an res egeat dispensatione, potest Episcopus declarare non egere vel ad cautelam dispensare secundum quorundam probabilem sententiam.

* *De dispensatione nonnulla Couar. c. 6. §. 9. p. 2 in 4. Decret. Azor. l. 5. c. 15. Carbo lib. 7. de legibus c. 12.*

2. Cum subest causa dispensandi, videtur peccare Praelatus, qui potest, si non dispenset, quando oportet.

* *Vide Syl. Dispensatio 3.*

3. Data facultas dispensandi, intelligitur si sit causa legitima.

G

4 Ad

4 Ad dispensandum sufficit putari causam esse rationabilem. *Vide Syl. l. c. nu. 4.

5 Quod Sess. 22. Trident. Concil. cap. 5. dicitur non valere dispensationem Papæ vsque ad notitiam Ordinarij, intellige de data in Foro exteriori.

6 Gratia seu potestas dispensandi non expirat morte concedentis, ad mandatum, seu commissio particularis cum aliquo dispensandi expirat si res est integra, vt quidam aiunt. A ego puto cum alijs, cui data est potestas dispensandi cum aliquo, quia gratia quædam est, et expirare: quin etiam si Episcopo data sit, illi mortuo manere in Capitulo.

*Gratia. 3 Maiol. l. 5. c. 51. de irregul. nu. 6. Dispensatio. nu. 11.

7 Dispensandi potestas est fauorabilis, extendenda (quamuis ipsa dispensatio sit diuina: quia contra ius) adeoq; extenditur causam, in qua eadem ratio, aut maior. Itaque qui potest in affinitate, poterit in publicæ honestate, si fortè, cum data est facultas, error putabatur esse affinitatis impedimentum, esset publicæ honestatis. Non tamen ideo solute, qui potest in maius, potest in minus nisi in casu, vt dictum est, ex præsumpta concedentis voluntate; quod præsumi potest cum rationabile est. Qui autem potest legitime natus ex adulterio, potest etiam legitime natus simul ex incestu natus: in materia enim fauorabili

rabili veniunt mixta sub simplici.

*Vide *Syl. num. 9. l. c.*

Qui autem. § *Syl. l. c.*

8 Qui facit scienter id ubi est opus dispensatione, censetur dispensare, si potest: ut cum Prelatus dat licentiam ad id, quod non potest sine eius dispensatione fieri.

*Vide *Syl. num. 21. l. c.*

9 Episcopus potest dispensare in ijs, in quibus homines sæpè indigent dispensatione, ut ieiunijs, festis, & eiusmodi à iure, seu lege Papæ prohibitis: item cum materia est leuis.

*Vide *Syl. nu. 7. 14. 15. l. c.*

10 Dispensatio valet, etiam tacito eo; quod si fuisset expressum, fuisset quidem dispensatum, etsi non tam facilè, & regulariter, quod lex non iubet exprimi, si taceatur, non nocet. (nocet tamen, secundum Nau. tacere fraudè factam ad impetrandum faciliùs dispensationem.) Item non valet dispensatio super cognatione, tacito quod se carnaliter cognouerunt. Ita statuit *sacra Congreg. vide Nau. c. 22. nu. 86.*

*Dispensatio valet § vide *Nau. conf. 9. de consang. & affin.*

*Nocet § *Nau. l. c. conf. 8. n. 5.*

11 Cum in supplicationibus, aut dispensationibus dicitur, Fortè, ex stylo Curiaè perinde est, ac si affirmaretur.

12 Ad dispensandum sufficiunt quævis verba cum intentione dispensandi.

13 Dispensatio illegitimi ad Ordines, nõ intelligitur de sacris, nec, si est ad beneficium, intelligitur de Curato, & si ad Curatum, nõ idem ad dignitatem. Quidam tamen dicunt talem promoueri posse ad beneficium, quod datur per electionem. Quod si est ad beneficium prius dispensatus, & postea petit dispensationem super pluralitate, debet dicere se illegitimum, idemque dic de irregulari, debet enim id exprimere in secunda dispensationis petitione.

14 Qui dispensatur ad Ordines, potest simplex beneficium accipere.

15 Dispensatus ad certum beneficium, si sine sua culpa non obtinet, potest virtute eius dispensationis aliud obtinere.

16 Potest peti dispensatio super vno impedimento publico, vel occulto, tacito alio publico, vel occulto in posterum dispensando.

** Nau. l. c. conf. 8. & 9.*

17 Principem dispensare sine causa in lege sua, non est mortale peccatum, si absit scandalum, aut notabile damnum tertij *Nau. Pr. lud. 9. nu. 14. post Caiet. 1. 2. q. 96. art. 5.*

**Vide Conar. epit. c. 6. §. 9. nu. 10. 11. qui videtur innuere peccare sepius Principem sine causa in iure humano dispensante valere autem dispensationem sine causa*

Princ
fation
mori
Add
& no
spen
Dispen
Si ce
vt mi
illis di
Conar.
Abb.
vel ob
moue
dendu
De c
Clau
fation
Staphil

Diu

1. p
P
& pro
adulte
cum a
iuge i

Pu

Principe concessam ait: petens autem dispensationē, sine causa, venialiter peccat, & fortè morriferè. *Conar. l. c. nu. 7.*

Addit. } Si princeps alicui officium conferat, & noscat eius impedimentum, censetur dispensare. *Panor. in c. in cunctis, de elect. Fun. vers. Dispensatio nu. 25.*

Si consanguinei matrimonium contrahāt, vt mitius secum agat Pontifex, inualida est illis dispensatio, dum hoc non patefecerint. *Conar. epit. p. 1. cap. 6. §. 10. nu. 14.* qui ibidem ex Abb. refert dispensationem, tacita vritate, vel obiecta falsitate, circa ea, quæ Principem mouere poterant ad negandum, vel concedendū, nullam esse. Quod notabis in primis.

De dispensatione irregularitatis *Maior. l. 5.*
 Clausula motus proprii non inducit dispensationem illegitimitatis, aut irregularitatis. *Staphil. de effect. claus. nu. 4.*

Disputatio, vide Fides.

Diuortium, vide Debitum coniugale, Dos, Matrimonium.

Possunt coniuges etiam habitatione separari, ob coporis aut animæ periculū, & propter alterius pertinacem hæresim, vel adulterium, vel sodomiam, vel pollutionem cum aliquo extraordinariam, etiamsi cū coniuge inuita. Quod si est occulta causa, & alio-

G 3 qui